in die iudicii dehonestabitur. Quantos ex
infamata pudicitia a d(e)o iudice coro
nabitur; Igitur ipsi adsumamus foemi
nalia, ipsi nostra uerecundia operiamus
Non quaeramus alienos oculos, Ita
tegamus genitalia ut nullorum oculis pa
teant. Nequando irritamur in sca
scorum si qua apparuerit turpitudo
morte moriamur. Iam sermo finitur
et ad superiora trahor. Tanta de
bet esse scientia et eruditio pontificis
di ut egressus eius et motus et universa
uocalia sint; Ueritatem mente concipiat
et toto eam habitu resonet et ornatu.
Ut quidquid agit quidquid loquitur sit
doctrina populorum; Absque tintinnabu
lis enim et diuersis coloribus et gemmis
pluribusque uirtutum nec sca ingredi potest
nec nomen antistitis possidere.
Haec ad unam lucubratiunculam cum iam
funis solueretur e litore et nautae cre
brius inclamarent prompto sermone dic
taui quae memoriae tenere poteram,
et quae diuturna in rationale pectoris
mei lectioni concesseram ratus intellegas
magis me loquendi impetu quam iudicio
scribentis fluere et more torrentis
turbidum proferre sermonem; Fertur in
in indice septimi tertulliani libro de aaron
uestibus; qui interim usque ad hanc diem
a me non est repertus, si a uobis pro caele
britate urbis fuerit inuentus quaeso
ne meam stillam illius fluminis conparetis.

in de septim

Non enim maiorum uirorum ingeniis sed
meis uiribus aestimandus sum;

LI. HIERONIMUS AD MARCELLAM DE DETRACTATORIBUS SUIS

Post priorem epistolam in qua de
hebraeis uerbis pauca perstrinxeram
ad me repente perlatum est quosdam
homunculos mihi studiose detrahere
Cur aduersum auctoritatem ueterum
et totius mundi opinionem aliqua in euan
geliis emendare temptauerim. Quos
ego cum possem meo iure contemnere
Asino quippe lyra superflue canit. Tamen
ne nos superbiae ut facere solent arguant
ita responsum habeant. Non audeo abea
ar fuisse me cordis et tam crassae rustici
tatis quam illi solam pro scitate habent
piscatorum se discipulos adserentes
quasi idcirco iusti sint si nihil scierint.
Ut aliquid de dominicis uerbis aut corri
gendum putauerim aut non diuinitus inspiratum.
Sed latinorum codicum uitiositatem quae ex
diuersitate librorum omnium comprobatur
ad graecam originem unde et ipsi transla
ta non denegant uoluisse reuocare.
Quibus si displicet fontis unda purissimi
caenosos riuulos bibant. Et diligentiam qua
auium saltus et concarum gurgites norunt
in scripturis legendis abiciant. Sintque
in hac tantum re simplices et Christi uer
ba aestiment rusticana in quibus per tanta
iam saecula tantorum ingenia sudauerunt.

hebetis

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BLB Badische Landes-Bibliothek
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Badische Landesbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/blb_augperg105/0316